NOS RECTOR & ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA CÆSAREO REGIA UNIVERSITAS CRACOVIENSIS LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut, qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitæ communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia subeant examen, ut debitum eruditionis suæ testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir Aloisyus Raphael Oesterreicher in Galicia Cracoviæ natus, viginti duorum annorum Religionis Catholicæ, diligentem assiduamque Medicinæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque à Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinæ suæ convenienti ornaremus: Nos cum honestissimæ æquissimæque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primo per universam Medicinam accurate examinavimus, ac deinde ei diem constituimus, quo ægros quosdam in nosocomio practico decumbentes coram Medicinæ auditoribus et Professore praxeos publicæ examinare, eorum morbos rite definire, pro singulis convenientem tam curationis quam dietæ methodum ordinare, ac tandem horum morborum historias exacte conscriptas Nobis dijudicandas tradere debuit. In quibus omnibus cum præclaram eruditionem suam, ac Medicinæ peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis ab Augustissimo Imperatore FRANCISCO Imo concessa eundem Aloisyum Raphaelem Oesterreicher die prima Maij Anno Millesimo Octingentesimo Septimo, Doctorem Medicinæ pronunciavimus ac declaravimus, pronunciamus ac declaramus; dedimus ac damus ei potestatem, cathedram doctoralem conscendendi, ac de Medicina respondendi praxim cæteraque exercendi, quæ Medicinæ Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac prærogativas, quæcunque vero Medicinæ Doctori legibus vel consvetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majore Universitatis Sigillo signatum, nec non manu Notarii Inclytæ Facultatis Medicæ subscriptum ei dari curavimus. Cracoviæ Anno, Mense et die supra dictis.

Franciscus Marx mpria J. U. Dr
Jur. Civil. Rom. et Provinc. Professor pub. ord.
Caes. Reg. Majest. Fori Nobil. Cracov.
Consiliarius, Universitatis Cracov.
Rector.

Antonius Szaster
Phil: et Med: Doctor
in Universitate Cæs. Reg:
Cracov: Emeritus Professor,
ac Facultatis Medicæ
Cæs. Regius Director mpria

Belsazar Hacquet mpria
Phil: et Med: Doctor
C. R. Inspect: in re Metallica
et Monetaria a Consiliis
Hist. natur: Professor p. ord:
Facultatis med: p. t. Decanus.

Fridericus Colland mpria
Med. Dtor. et Art. Obstet.
Professor ord. publ.
et Promotor.

Georgius Knobloch mpria
Medicinæ Doctor
Politiæ medicæ, et Medicinæ
forensis Professor p. o.
Facult. medic. p. t. Notarius.

NOS RECTOR & ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA CÆSAREO REGIA UNIVERSITAS CRACOVIENSIS LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut, qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitæ communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia subeant examen, ut debitum eruditionis suæ testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir Aloisyus Raphael Oesterreicher in Galicia Cracoviæ natus, viginti duorum annorum Religionis Catholicæ, diligentem assiduamque Medicinæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque à Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinæ suæ convenienti ornaremus: Nos cum honestissimæ æquissimæque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primo per universam Medicinam accurate examinavimus, ac deinde ei diem constituimus, quo ægros quosdam in nosocomio practico decumbentes coram Medicinæ auditoribus et Professore praxeos publicæ examinare, eorum morbos rite definire, pro singulis convenientem tam curationis quam diætæ methodum ordinare, ac tandem horum morborum historias exacte conscriptas Nobis dijudicandas tradere debuit. In quibus omnibus cum præclaram eruditionem suam, ac Medicinæ peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis ab Augustissimo Imperatore FRANCISCO Imo concessa eundem Aloisyum Raphaelem Oesterreicher die prima Maij Anno Millesimo Octingentesimo Septimo, Doctorem Medicinæ pronunciavimus ac declaravimus, pronunciamus ac declaramus; dedimus ac damus ei potestatem, cathedram doctoralem conscendendi, ac de Medicina respondendi praxim cæteraque exercendi, quæ Medicinæ Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac prærogativas, quæcunque vero Medicinæ Doctori legibus vel consvetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majore Universitatis Sigillo signatum, nec non manu Notarii Inclytæ Facultatis Medicæ subscriptum ei dari curavimus. Cracoviæ Anno, Mense et die supra dictis.

Franciscus Marx mpria J. U. D.
Jur. Civil. Rom. et Provinc. Professor pub. ord.
Caes. Reg. Majest. Fori Nobil. Cracov.
Consiliarius, Universitatis Cracov.
Rector.

Antonius Szaster
Phil. et Med. Doctor
in Universitate Cæs. Reg.
Cracov. Emeritus Professor,
ac Facultatis Medicæ
Cæs. Regius Director mpria

Belsazar Hacquet mpria
Phil. et Med. Doctor
C. R. Majest. in re Metallica
et Monetaria a Consiliis
Hist. natur. Professor p. ord.
Facultatis med. p. t. Decanus.

Fridericus Colland mp
Med. Dtor. et Art. Obstet.
Professor ord. publ.
et Promotor.

Georgius Knobloch mp
Medicinæ Doctor
Politiæ medicæ, et Medicinæ
forensis Professor p. o.
Facult. medic. p. t. Notarius.



Dyppl. 537

Dyppl. 537

2081